

INDEX MATERIARUM

De A. pag.
 Abrogatione Legum. i.
 Aedificijs privatis. 97.
 non Appellandi priv. 445.

B.
 Bello Svecico discurs.
 juridico-Politicus 511.

C.
 Censu redimibili & irre-
 dimibili - - - 235.
 Coloribus juris. - 43.
 Collectis. - 697.
 Canonum errores. 723.
 Conl. libris realibus 224.
 Contestatione libris. 417.
 Competenti foro 393.
 Compensationibus 527.

D.
 Discursus juridico Politicus
 De bello Svecico. 511.
 Differentijs juris communis et Sax. p. 555.

De E. pag.
 Expeditio rerum
 Successione testamentaria. 185.
 Errores Canonum. 723.

F.
 Feudaliu[m] et Successio-
 ne testamentaria. 185.
 Fideiusoribus. - 264.
 Foro competenti 393.
 Fasciculus error Thalmodi 723.

G.
 Gerade Successione testa-
 mentaria. 185.

J.
 iure non appellandi. 445.
 iuris coloribus. 43.
 in integrum restitutio. 495.
 iuris communis et Sax. differ. 555.

L.
 Legum abrogatione. i.
 Legitimatione. 57.
 Libris contestatione. 417.

ag.
85.
23.

85.
64.
93.
723.

85.

45.
43.
495.
55.
1.
7.
17.

De P. pag.
Possessione . 348.
Probationibz . 429.
Presumptionibz . 443.
Privata vindicta . 286.
Privilegia o appellandi . 445.
Privatis edificijs . 97.
Prelatis . 545.

Quidditate . 591

R.
Retraditio . 257.
Retortione . 286.
Realibz contradiibz . 221.
~~Realibz~~
Residitione integri . 495.

S.
Successioe istantaria in siss.
feudis, reb. expet. et herada.
Substitutionibz . 117.

De V. pag.
Venatione . 69.
Vindicta privata . 286.
Vedigalibz . 627.
Veritate . 575.
Unitate . 583.



1 43.
DISSERTATIO
INAUGURALIS

De
COLORIBVS IVRIS
IN GENERE,

Quam

J. N. D. N. J.

Authoritate & Decreto

MAGNIFICI, NOBILISSIMI
ET AMPLISSIMI ICTORVM IN PATRIA
VNIVERSITATE ORDINIS.

Pro summis in utroque Jure honoribus ac Pri-
vilegiis DOCTORALIBUS legitimè
consequendis,

SOLENNI Examini subiicit

A. d. 14. Aprilis.

JOHANNES JACOBUS GAMBS,
ARGENTINENSIS.

ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS PETRI AB HEYDEN.

ANNO dō Idc LIII.

DISSECTATIO
MAGNUS
V. 1750
COLLEGIUM V. 1750
IN SENECTU
DA BAZILII
JOHANNES DAVID
NACHRICHTEN
ET AMPLIUM
ANNO 1750
SOLLENNI
D. 1750
JOHANNES
TYPIS JOHANNIS
ANNO 1750





V I R O

NOBILISSIMO, AMPLISSI-
mo, & Consultissimo,

DN. DANIELI IMLINO,
JCTO CELEBRATISSIMO, ILLU-
strissimorum Dominorum Canonicoꝝ su-
premi Capituli Episcopatus Argentinensis
Consiliario gravissimo, & Augustæ atque
Nobilissimæ Reipubl. eiusdem Advo-
cato Seniori meritif-
simo.

*Debitam Reverentiam contestando,
gratiosum patrociniū implorando,
me mea-que studia consecrando.*

Dissertationem hanc Inauguralem
qua par est

Humilitate,
Oblequio,
Devotione,

inscribo

Johannes Jacobus Gambs.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

IN NOMINE O

REVERENDISSIMO PATRI
D. D. DANIELI
DOCTO CEEBRATISSIMO
Insignis Bononiensis
Universitatis
Consilio gratissimo
Nobilissimo
et
Dilectissimo
In hoc argumento quidam
arguitur ad rem ipsam
methodo hinc in syntheses
omni explicationem nominis

Joannes Jacobus Garba



*Præloquium.*

Mnes qui de re aliqua suscipiunt tractationem summa ope niti decet, ne trita & vulgaria quotidie recoquant, sed rariora & haud passim obvia sibi themata eligant; frequentia enim vilescit, & raritas facit pretiositatem, magisque appetitur. cap. 24. dist. 93. Ea de causa impetrata ante aliquot menses ab Ampliff. Iur. Facult. Colleg. pro summis in Utroque Iure honoribus disputandi licentia, talem mihi materiam feligendā animo duxi, quæq; non tantum in scholis, sed & vita practica quotidiana sit, talis benevole Lector ea quam nunc tibi proponimus visa fuit, scilicet usu frequens, definitione rarissima, adeoque proposito convenientior, quo facilius veniam, si cui forte Ingenium vel pagellarum brevitatis minus recte vel non omnia capere videbitur, me impetraturum confido, quod haftenus à nemine quod sciam in hoc argumento quidquam tentatum fuerit. His præmissis implorata humiliter divina Spiritus sancti gratia ad rem ipsam me accingo præmissurus methodo Ictis in Synthetica Iurisprudencia familiaris Explicationem nominis.

A

Vo-

T H E S I S I

Explicatio
Nominis.

Vocabula COLOR, COLORARE, COLORATUS maximè ambigua sunt, etiam in communi loquendi usu: Propriè dicuntur de Coloribus quatenus sunt obiectum visus; de quorum nominibus & appellatione scripsit Anton. Thylesius lib. cui titulus de Coloribus hoc sensu accipitur in cap. 1. in Clement. de Statu monach. v. Canon. regul. ubi Niger, Brunus, & Albus Color Monachis recommendatur, & l. 3. C. de vestibus Holoberis & auratis & de intinctione sacri muricis. Bayfi. in lib. de re vestiar. 2. de pigmentis quibus Colores inducuntur. ut in l. 6. C. de rescript. & ap. Flor. lib. 4. hist. cap. 12. num. 60. Sed hæc quidè acceptiones à nostro instituto prorsus alienæ sunt.

θ. 2. Metaphoricè, pro velamento causæ & prætextu. Val. Max. lib. 8. c. 2. n. 2. sic Auth. in Epit. rer. germ. p. m. 135. de religione ait, quod omnium tum rerum Color fuerit. quo significatu passim apud bonos authores. Commenta, prætextus, vana nomina, speciosa verba, speciosus titulus, Imago, simulachrum, velamen & similia leguntur, quoties arcana Dominationis annotare volunt. sic Tac. 1. Ann. 81. in fin. Speciosa verbis, re inania aut subdola, quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tantò eruptura ad infensius servitium. adde sis Nob. & Ampl. Dn. Bæcl. in D. ad Tac. capita sedecim priora. & Berneg. in D. Suet. Cæs. ad Iul. Cæs. c. 30. 7. a.

θ. 3. Græcis eodem fere significatu dicitur χρῶμα, quod nomen ab Hermagoreis manasse primum scribit Porphyrius, quo μετὰ θῆσιν τῆς αἰτίας significabant, & passim à Rhetoribus status assumptivus, in quibus defensio per se debilis probabili ratione foris accersita iuvatur. Pl. Rever. Dn. D. Dannhavver. in Ep. Rhet. cap. 3. num. 3. Vnde postmodum teste Alciato lib. 4. parerg. cap. 15. & l. 4. de verb. signif. ICTi media defensionum à partibus eorumque patronis quæsitæ, Colores nominare cœperunt. Qualium Colorum libros quatuor scripsit Otho Iunius ut videre est apud Senec. lib. 1. Contr. in st. de quibus tamen præter memoriam nihil superest; sed nec aliud in hoc argumento vetustatis opus, præter unius Senecæ controversiarum fragmenta ad nos pervenit, eoque magis referebat ea integra in violataque restare, quo felicius omnium ferè qui in eius ætatem

46.

etatem inciderant Sophistarum dicta velut in Thesauro con-
didit, ad posterosque literarum monumentis transmisit. Eo-
dē sensu ponitur in l. 29. ff. ad l. lul. de adult. ubi colore incredu-
litas iuvatur maritus Lenocinii accusatus, è contra in l. 1. §.
4. de abig. non relevat, qui abigeatum colorat, qs. putaverit
pecora sua esse. & alibi passim Græcis adhuc alio nomine χήματα
dicuntur Cic. in Rhet. ad Her. unde Voss. in expl. τῶν χημάτων καὶ ἕσταν,
Ætiologiam si callidior quam verior sit, colorem nominari di-
cit. l. 5. Inst. orat. c. 9. n. 1. Exemplum huius rei est apud Cic. Cat. 3.
ubi patefacta coniuratione Catil. quum multi gladii ac sicæ
apud Cethegum deprehensæ fuissent, dixit se semper bono-
rum ferramentorum studiosum fuisse.

θ. 4. Aliis adhuc aliud χρώμα, genus sc. causæ figuratæ
ut observavit Dion. Halicarnass. περὶ ἐχηματισμένων, in quo non
id quod dicimus, sed qs. aliud latens & auditori invenien-
dum accipi volumus, quale est illud Cic. de Cæsare ap. Vellej.
puerum laudandū & tollendum: item in suspecta nuru duxi
uxorem quæ patri placuit; & in illo Legato: Tullius hæres
meus Terentiæ uxori meæ 30. pondo vasorum argenteo-
rum quæ volet, dato. confer. l. 3. ff. de Rebus dubiis ibique Nobil.
& Conf. Dn. D. Tab. patr. & pr. etatem colendissimus. Huiusmo-
di ambiguum sermonum integrum librum extitisse apud
Hebræos, refert B. Hieron. in præfat. Iob. & notus est ex ff. Iulia-
ni de Ambiguitatibus.

θ. 5. Ex quibus apparet Rhetoribus etiam aliter at-
que aliter Colorem dici. Ut mirum non sit huius vocabuli
acceptionem in iure latissimam esse, & quicquid non attentè
verè & sincerè gestum est, Coloratum dici. sic in l. 14. C. de SS.
Eccles. Coloratum beneficium, quod fit qs. ἐπὶ ἀντιδότη. Nov.
120. cap. 1. Cuiac. ad Novell. 7. & colorata donatio in l. ult. C. Mand.
quæ simulatur. itemque in l. 2. C. de indict. vid. coloratum sa-
cramentum, quod non animo iurandi præstatur, Germ. dici-
tur, die Sachbementelen ut & Latinis palliare, itemque, ein
farb anstreichen. Et in recess. Imp. de Ann. 1500. rubr. von wucherli-
chen contracten. de Anno 1530. rubr. von Juden vnd ihrem wucher.
redditur per gesuchten Schein. ut & in ordin. reform. Senatus ma-
ioris

ioris huius Civit. rubr. Sachen für den grossen Rath gehörig. n. 43. ibi vnd keines wegs durch wunderbarliche absprung vnd gesuchten Schein abgefondert/ vnd an andere Gerichtsstellen gezogen werden/ ita etiam reddit D. Luth. & Hann. in expl. 7. precept. v. Es ist vnd heist ferners stehlen/ wan man dem Nächsten das seine vnter dem Schein des Rechts entwendet. Sed ad rem.

Rei.

θ. 6. Definitur Color à Marcello in Hermogenem (Rhetorem intellige qui vixit sub Hadriano Cæsare seculo secundo, floruit enim sub finem sequentis seculi alius Hermogenes Jctus, qui Constant. Imp. omnes eorum qui Gallinum secuti sunt Cæssm constitutiones in unum colligens volumen ad Constantinum usque Magnum Hermogenianum Codicem ab authore ita appellatum confecit, quod tamen una cum Codice Gregoriano, qui paulo ante à Gregorio sub Galieno collectus fuit, interiit. Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Biccus fautor & Patronus summa observantia colendus. cui ut Deus pristinam sanitatem & vires restituat, animitus precor. in Aur. 5. rer. quotid. preloq.) quod sit Μετάθεσις τῆς αἰτίας ἢ τὸ εὐθύθρονον εἰς τὸ ἀνυπεύθρονον μεταθεῖσθαι Sopater ibidem dicit vocari διὰ τὸ πρῶτασιν παρέχειν τῆς ὑπολογίας καὶ διορεῖ χρωμινύναι τὸν λόγον. Quintilianus Expositionem falsam, quem sequitur & refert D. Gothofr. in not. ad l. 2. ff. de Inoff. & test in l. 49. de don. int. vir. & ux. ait: Color est prætextus colorata depictaque ratio. alibi nempe ad l. 7. ff. ad SC. Maced. pro fraude explicat, & coincidit Alexand. conf. 66. viso themate Themate lib 4. in pr. Color quæsitus dicitur fraus adhibita ad circumveniendam legem aliquid prohibentem. paulò aliter, Card. Tuschus pract. concl. 469. rubr. Color quid sit & operetur. Quæsitus color dicitur quando sub velamine bonitatis fit malum. Convenientius Calv. in Lex. verb. Color. quum id quod vere agimus, simulatione aliqua obtegimus, siue fraudandæ legis s. alterius causa. brevius si non melius ita.

θ. 7. Color quæsitus est figmentum rei qd. sic gesta. Figmentum s. commentum s. machinationem vel prætextum dixeris, idem est, utuntur enim Jcti his vocabulis promiscuè in utramque partem, nec omnes colores passim prohibiti sunt vel reijciuntur in iure nostro ut patet ex l. 2. & 5. ff. de inoff. test.
l. 29. ff.

47.

l. 29 ff. ad l. Iul. de Adult. & infr. comodior dicendi locus erit. dixi
figmentum non fictio quæ propriè loquendo iuris est, & adver-
sus veritatem ex iusta causa disponit; adeoque multum dif-
fert & maie confunditur ab *Ant. Matth. in disp. de fund quib. Iurispr.*
alit iac. 12. d. 23. ubi nævum Jus esse arguit, quod Jus in d l. 2. ff.
de inoff. testam. Colorem rei quærit, non enim ius colorem fin-
git sed admittit. & res illo colore apud Iudicem defenditur.
prout ait *Marcellus in l. 5. ff. de inoff. testam* ad hoc posito nihilomi-
nus aliter hîc iudicandum foret cum *Valer. Maxim. lib. 7. cap. 8.*
si, inquit, ipsa æquitas hac de re cognosceret, possetne iustius,,
aut gravius pronunciare, spernis quos genuisti, nubis effæ,,
sa, testamenti ordinem violento animo confundis, neque e.,,
rubescis ei totum patrimonium addicere, cuius pollincto,,
iam corpori marcidam senectutem tuam substravisti: *hæc*
ille. rei vocabulum hîc latissimè patet, ut ex seqq. apparebit.
quasi sic gesta. hæc differentiam constituunt; scilicet quod non
verè ita gestum est, quo resp. 1. ab ipsa veritate non ab simili
modo; ut à politicis prætextus & causa contradistinguitur.
Alber. Gentil. lib. 1. de Iur. bell. & Tac. 4. histor. ibi Libertas & speciosa no-
mina prætexuntur. itemque *Suet. in Iul. Cæs. cap. 30. prætextum qui-*
dem illi Civilium bellorum hoc fuit, causas autem alias fuisse opinantur.
nec 2. quicquid dolosè aliter quam gestum est ostenditur,
id enim propriè simulatio est, quanquam *παχυλῶς* & ob mu-
tuam vicinitatem sæpius hæc duo confundi & synonymicè
usurpari soleant, aut 3. quod opinione veri falsò affirmatur,
id quod error & ignorantia. vel 4. dolo sciens aliter rem se
habere malitosè profertur. quo nomine mendacium, cavilla-
rio & similia veniunt, qua de re ad formam plura.

θ. 8. Dividi possunt Colores 1. à causa Efficiente, ut
sint vel Actoris vel rei. Senec. passim in Controv. supra lau-
datis. 2. à materia vel iuris vel facti. *arg. l. 7. C. de natur. lib. &*
l. 9. C. de Calumn. 3. à forma. Verbales vel reales. illi ple-
rumque extra iudicium hi in iudicio quæri solent. *fac. l. 5.*
ff. de inoff. Testam. iunctà l. 7. ff. ad SC. Maced. & passim alibi. 4. ab
Effectu, sunt vel prohibiti, quicunque sc. intercedente simu-
latione dolosè vel fraudulentè quæruntur. *l. 29. 30. ff. de LL.*
& l. 15. C. de eod. t. t. ff. & C. de dolo malo. vel permissi, quales sunt

A 3

in l. 2.

in l. 2. & pr. l. de inoff. Testam. Color inoff. querel. t. t. ff. de publiciana in rem act. Color usucapionis s. domini ficti. item in l. 29. ff. ad L. Iul. de adulat. Lenocinii adumbratio, & si qui sunt similes.

Origo seu
causa efficiens
re-mota.

θ. 9. Originem à mundo condito repetendam & qs. cum homine natam apparet ex l. 2. & 3. ff. de Inst. & Iur. ubi defensio Gentium primævo adscribitur, quo etiam introducta sunt iudicia. Marant. in spec. p. 3. num. 132. quidquid regerat. Vmm. disput. 1. θ. 1. num. 4. Et exempla ~~Adam & Evæ~~ à summo Iudice pro tribunali vocatorum. Genes. 3. cap. vers. 11. & Caini cap. 4. v. 9. ubi impudentissimè factum negat, hoc quodammodo qs. colore. Custos ne ego fratris mei sum; id manifestò docent. Interim tamen si non rem sed rei modum intuemur τὰ χρώματα ab Hermagoreis (ita dicti ab Hermagora Temnæo Æolia qui sub Augusto Theodori discipulus floruit, & Romæ cum Quint. Cæcilio docuit, scripsitque Rhetorica περὶ ἐξεργασίας, περὶ πρέποντος, περὶ φέσεως, & περὶ γνημάτων. alius scilicet ab Hermagora cuius mentio fit apud Cic. & Cornif. qui pariter Rhetorica scripsit. vid. Andr. Schott. de Clar. apud Senec. Orator:) primam originem traxisse supra ex Porphyrio notavimus, hi potissimum ἐν τοῖς ἀγῶσι collocabant, qua de re post Strab. & alios videndus Voss. in inst. Orat. lib. 1. cap. 11. in Epilogo. Vnde est quod Seneca in præfat. controvers. monet. Hoc genus materiæ quo tum exercebantur, adeo novum esse, ut nomen quoque eius novum sit.

Subiectū.

θ. 10. Subiectum informationis est ingenium. ita Fab. Quintil. l. 4. Inst. orator. ait, dicentis ingenio tuenda, & propterea etiam à Rhetoribus ad inventionem refertur. & in c. 15. distinct. 54. Ingenium metaphoricè pro ipso colore & ingenii figmento ponitur. Subiectum inhesionis est homo, dolicapax, absque ulla ætatis sexus, qualitatis vel conditionis differentia: suppositis tamen terminis habilibus, ne scilicet extra iudicium ad occultandam fraudem utantur: ibi enim generaliter omnes prohibiti censentur, & edicto prætoris de dolo malo tenentur. In iudicio verò personæ sunt vel principales, Iudex scil. & Litigantes, quique his accedunt Assesores & Advo-

Advocati, vel minus principales & extrinsecus accessorij ut testes. De Judice textus est in Clem. cap. 2. de sent. & re jud. vers. rursus. ibi sicque, nedum non iure, imò nec cum iuris colore tulit Imperator sententiam. Et in cap. un. de usur. in Clem. dicitur Judices uti diversis coloribus ad occultandam sententiam iniquam. E contra in officiosum testamentum sub colore qd. testator non sanæ mentis fuerit, rescinditur à Judice. l. 2. ff. de inoff. test. & in actione publiciana permittit prator in rem agere colore domini ficti. Bachov. D. 3. de Act. 0. 14. quamvis enim nihil facile mutandū sit ex solennibus, tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est. l. 7. Ex quib. caus. maj. id quod toties inculcatur passim in reg. jur. maxime vero in l. 90. ubi Paulus sic ait: In omnibus quidem maxime tamen in jure i. e. quæstionibus & controversiis decidendis æquitas spectanda est, hinc idem Paulus in l. 2. §. 5. in. f. ff. de aq. & aq. pluv. arc. hæc æquitas suggerit, ait, etsi jure deficiamus. secus tamen res se habet, ubi Lex ita, aperta est, ut æquitati locum non faciat, vel æquitas extrinseca tantum sit. l. 1. C. de LL. nam tum Lex etsi dura, servanda tamen est L. prospexit. qui & à quib. manum. quia nec Lex sine Colore veritatis fingit. l. in bello. 12. §. facti 2. ff. de capt. & postlim. rev. & Colore fingendi ex æquo & bono destituta, veritati quamvis duræ acquiescit. Gædd. ad L. 80. ff. de V. S. n. 5. ratio enim Legis anima est. l. 47. ff. soluto matrim. hinc benè monet Iul. Clar. §. ult. q. 4. in fin. Caveant sibi Judices qui palliant delicta eo pretextu, quasi de ijs non satis constaret non enim evadent æterni Judicis condemnationem.

0. II. Litigantes quique his accedunt Advocati & causarum patroni proprium quodammodo hujus rei subiectum sunt, utpote quorum plurimum interest, omnem causæ apparatus in medium adducere, & vivis quasi coloribus depingere. Cum enim quandoque imperiti judicent, sæpe aliquid per socordiam & ignorantiam committunt, l. 1. §. 1. ff. de feriis: Et nonnunquam magis moventur per rationem fictam & apparentem quam per veram & urgentem, adeoq; hoc ipso flectendi sunt ne errent. Unde Dd. pro Cautela monent, ut aliquis bonam causam habens non tantum concludentia sed & frivola adducat. Verum enim vero sicut in veteri reip. Rom. statu hujusmodi licitæ defensiones progressu

ne

cautela.



gressu temporis in pejus ruere, inque nocentissimas technas
converti (non enim ibi consistunt exempla ubi cœpere)
& ad subversionem veritatis ac litigiorum augmentum ma-
gis, quã lucidationem frequentari cœpere. id quod haud ob-
scure colligere licet ex Tac. loco lib. 3. An. cap. 25. 26. & 27.
itemque c. 66. n. 2. Ubi Junium Othonem quem de Colori-
bus scripsisse supra diximus *καρὰν ἡγήσατο*; quod ipsi initio
literarũ ludum exercere vetus ars fuerit, mox Seiani poten-
tia Senator obscura initia impudentissimis ausis propellerit,
vel ut alii legunt perpolluerit. Ita adhuc quotidie Legum
sanctiones saluberrimas in cautelas & technas lites protra-
hendi, dilationes quærendi, & litem ex lite ferendi ab impiis
hominibus transmutare solere. Ioh. Baptist. Magon. de rect. patr.
rat. p. 1. cap. 6. num. 18. Winth. in Parth. Litig. & Schuam. in process. Cam.
lib. 2. c. 1. n. 2. & 7. itemque c. ult. n. 9. copiosè passim testantur &
ingemunt. Ut non immeritò hic Quærat. *Quatenus Co-*
2. *loribus quæsitis utendum?* quod si hic responsionem ab illis expe-
ctaremus, qui eandem histrioniam, ut ita loquar, in Civili-
bus causis exercent, scilicet quibus ut Catilin. apud Sal-
lust. magna vis animi & corporis, sed ingenium malum pra-
vumque, neque res neque spes bona ulla, quibus quieta mo-
vere magna merces videtur, neque quibus modis assequan-
tur, dum sibi divitias parant, quidquam pensi habent. Statim
in paratu erit vulgatum. Cum vulpibus vulpinandum. Et
verum à falso utilitate tantum discerni, itemque mendacium
dicere quoties expedit permixtum & instar pharmaci hæc ta-
lia utilia esse. At quid Salvator noster interrogatus coram
Pilato, quid responderet calumniis & cavillationibus Judæo-
rum? *Εγὼ εἰς τὸ γεγγύνημαι, καὶ εἰς τὸ ἐλίλυθα εἰς τὸν κόσμον ἵνα*
μαρτυρήσω τῇ ἀληθείᾳ. πᾶς ὁ ὢν ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀκούει μὲ τῆς φωνῆς.
Vnde qui non defendit veritatem, dicitur proditor eius. cap.
nolite timere ἢ quæst. 3. & mortaliter peccare. cap. 1. extr. de crimin.
fals. iramque Dei super se provocare in cap. quisquis 80. 11.
9. 3. Sed anne sic colores in iudiciis frequentari solitos
ceu fraudes & mendacia removebimus & penitus à foro e-
xulare dicemus? Sane si omne figmentum reiiciendum, cur
nec universum dolum bonum eiuramus? aut si bonum do-
lum

49

dacium inculpatum reiciemus. Communis Dd. opinio est teste Alciato in l. natura 11. ff. de verb. signif. In bona & iusta causa fraudibus se tueri permissum. Wes. in c. de Advoc. divers. Iud. ibiq. alleg. Myns. præsertim ubi fraus fraude, calliditas calliditate elidenda venit, nec aliter evitari potest, ut in exemplo negati mutuo dati ob negatam solutionem, & similibus accidit, ratione ea quod fraus non sit, quæ fraudem excludit. l. cum pater. 77. §. Titio 31. ibique Gothofr. & Dd. prolixè Hillig. 18. Donnell. Enucl. cap. 3. lit. uu. quam tamen rectè limitant, ut sine mendacio & periurio fiat. Vmm. de process. D. 2. §. 8. num. 41. ibique alleg. Dd. Nos distinguimus inter colores ~~quæstos~~ qui iure admissi vel prohibiti sunt, hos penitus reiciemus, quum homo absque Legis Authoritate fingere non possit, at illos aded non reprobamus, ut propter evidentem æquitatē à Iudice etiā admittendos esse dicamus, quin imo ad eius officiū pertinet, providere ne peritissimi quique ab una parte consistant, & sic alterutra pars ob inopiam boni patroni jacturam patiatur. Magnif. D. D. Tab. in prælect. ad Vmm. de Offic. Iud. p. 1. §. 11. Et litigator qui multos advocatos consuluit, ut idoneum patrociniū adversario subtraheret, ostendit iniquam litem à se foveri & autoritatē judicariam à se elusam experietur. l. 6. §. ult. C. de postul. sed regeter forsan quispiam In bona & iusta causa non opus esse coloribus, quia veritas rei patens se ipsam defendit. Verum Resp. 1. Justam causam hinc dici non quam Judex talem esse declarat, sed quam justam esse ipsi advocato liquet. Vmm. d. l. quare si causa in facto & jure dubia est, melius faciet Advocatus, si ad concordiam partes inducat, juxta monitum Argent. 1. Conf. 86. n. 84. Der Jurist soll nicht gern wollen daß sein Client ohne gewissen Grund vnd Hoffnung der Obseigung sich in schwehre Rechtfertigung soll einlassen / per l. 1. in fin. ff. de in off. testam. Schuuam. lib. 2. proc. Cam. cap. 1. n. 2. ibique allegati Theologi & Icti, quamvis etiam hanc justè in foro animæ advocatum defendere posse statuatur Gutierrez. 1. pr. q. 26. 2. Verum id est de veritate manifesta, non occulta, quæ quamvis extat, sic tamen latet, ut sæpe divinari humanitus non possit. l. si fidejussor. 29. §. si cum debitor. 2. ff. mandati. Unde 3. eleganter Quintil. lib. 2. Inst.

B

Orat.

Jisl.

“ *Orat. c. 18. ait.* Mendacium dicere etiam sapienti aliquando
“ concessum est, & affectus si aliter ad æquitatem perducere Iu-
“ dex non poterit, necessariò movebit Orator. Imperiti enim
“ judicant, & qui frequenter in hoc ipsum fallendi sunt, ne er-
“ rent: nam si mihi sapientes semper Iudices dentur, sapientum
“ Conciones atque omne Concilium, nihil invidia valeat, ni-
“ hil gratia, nihil opinio præsumta, falsique testes, perquam
“ sit exiguus eloquentiæ locus & propè in sola delectatione
“ ponatur, sin & audientium mobiles animi & tot malis ob-
“ noxia veritas arte pugnandum est, & adhibenda quæ possunt
“ neque enim qui recta via depulsus est, reduci ad eam nisi alio
“ flexu potest. quanquam etiam hic locus cum grano salis ac-
“ cipiendus sit. Ex quibus jam apparet in casu necessitatis
“ & pro jure suo Conservando Colores cum Authoritate tam-
“ en Legis querere Advocatum licitè posse. *Exempli. l. 1. C. de*
Caduc. toll. l. si pater. 77. §. Titior. 31. ff. de Leg. 2. idque adeò
verum ut hoc nomine laudetur *Papinianus in l. cum acutissimi C.*
de fideicom. absq; Legis Authoritate non item, utpote quæ
mendacia, fraudes, Cavillationes & Calumnias reprobat &
graviter punit; Et sanè si dicendum quod res est, hæc talia
quæ LL. improbantur, dehonestamenta magis quam præ-
fidia causæ sunt; pugnat enim cum virtute & Christiano
nomine, quicquid fucatur Coloribus, simulacris obtenditur,
inanibus emasculatur, vel vafritie corrumpitur. Unde in
simili eleg. Lips. monet 4. pol. 14. num. 58. vide vide, nedum terram de-
fendis, cœlum amittas. hinc Pacianus in foro conscientia periculo-
sium esse dicit, de probat. lib. 1. cap. 21. num. 3. & seqq. Et D. August. de
mendac. nec ob salvandam proximi animam mendacium di-
cendum suadet. hucusque de Judice & Advocatis. Dete-
stibus est locus eximius apud Cornel. à Lapid. ad text. sacr. Levit. 5.
cap. 1. si quis testis à Iudice adiuratus, ut verè dicat id quod
vidit, aut scit de re in iudicio controversa, eam rem non indi-
cet, sed palliet vel neget, dicatque se nihil de ea re scire porta-
bit iniquitatem suam.

θ. 12. Subiectum patiens est 1. Lex, inventa enim le-
ge solet inveniri fraus 2. fiscus, in cuius præiudicium varia
excogitare commenta, præsertim qui confiscationem me-
tiunt,

tuunt, quotidie solent. *Peregr. de Iur. fisc. lib. 5. l. 1. num. 133.* 3. per-
sona eaq; vel tertia, ut fieri solet in collusionibus, vel alteru-
tra s. contrahentium s. litigantium.

θ. 13. Materiam vulgò triplicem faciunt. *Ex qua, in
qua, circa quam.* *Ex qua* est ut plurimum factum, interdum et-
iam ius ex pravo facto causatum. Nam ut ex Celso Paulus inquit,
*in l. 91. §. 3. de verb. oblig. plerumque sub Authoritate iuris scientia perni-
ciosè errari,* id vel maximè hîc locū habet, nec obstat quod
Bartol. *in l. non Dubium s. C. de LL. omnes fictiones super facto es-
se dicat, quum ius semper sit certum,* id enim haecenus
verum est, quatenus de arte iuris in se spectata loquimur, *se-
cus autem quoad applicationem,* ubi incertum esse apparet,
adeoque discreti Iudicis arbitrio relictum dicitur, quum non
omnes casus & articuli Legibus & SCtis comprehendi pos-
sent. *Vmm. D. 1. θ. 3. num. 15.* tum ob immensam multitudinem,
tum quia natura novas semper deproperat edere formas, &
tritura fori semper aliquid rari & insoliti subinde producere
solet, *factum tamen & Circumstantiæ inde dependentes colo-
ribus quærendis aptiores,* quia propter minimam facti mu-
tationem sæpe totum ius mutetur *l. si. 15. 31. vers. ubi desit ff. de
Excusat. Tut. l. natura Cavillationis 177. de V. S. ibique Dd.* Et quem-
admodum ex facto ius oritur, ita moritur *Anchor. Conf. 254. vers.
statuto cavetur num. 2. vers. quomodo.* Vnde plerumque vitiligi-
tores factum fraudulentè & non secundum rei veritatem
exponunt. *Finckelthuf. disp. Feud. 6. contr. 16. num. 44.* Es ist kein vn-
gewohntes sondern gemeines werck / daß die ienige so böse sachen
haben / vnd derohalben durch ex practicirte responsen vornehmer
Consulenten gern ein gut ansehen machen wolten / den casum
oder speciem facti nicht bona fide sondern partheylich vnd vor-
theilhaftiger weisse auffsehen. Damit ex falsis suppositis dar-
von ein Consulent nicht wissen kan / die Decision ihnen zum be-
sten außschlage. Eo magis verò ab Advocato colorandum,
quantò obscurius plerumque à Clientibus proponi solet.
*l. 8. C. de imp. & al. substit. præsertim quia Judex factum non sup-
plet. Nobil. Dn. D. Tabor. in præl. ad tit. C. ut quæ desunt Advoc. fa-
ctum benè ut explices. si commodum accipere vis respon-
sum mōnent Impp. in l. 15. C. de transact.* Adeo rectissimè co-



pioſæ iuris allegationes in ſcriptis reiiciuntur ab ord. Cam. p. 3. t. 40. qui in concept der Newen Camergerichs ordn. est tit. 49. n. 7. dū poſthabita narratione facti ſæpe aliquot folia allegationibus repleant, non attento monito Mynſing. cent. 5. obſer. 88. in fin. venite venite ad factum Curia ſatis intelligit iura.

θ. 14. Materia in qua, eſt iudicium ubi de Controverſiis diſceptatur, quamvis n. non tantū in iudicio demum, ſed ſæpiſſimè etiam ab ipſis partibus extra iudicium ad colorandum negotium multoties ſimulationem intercedere videamus, adeoque colores, maximè in iis quæ prohibita ſunt, plerumque ab initio negotii quæruntur, Scip. Gentil. de de donat. int. vir. & uxor. lib. 2. cap. 21. tamen quum regulariter à iure reprobantur, eò ipſo id fieri ſolet, ut ſi qua controverſia poſtmodum oriatur, hoc vel illo colore defendi poſſit. l. 50. in fin. ff. de furt. & l. 1. §. fin. ff. de Abigeis. facit huc, quod omnia quæ in univerſo iuris corpore docentur, ad iudicium pertineant, eius principia affectiones, partes ſive ſpecies. Ampliſſ. Dn. D. Bicc. in Aur. diſpoſitione. Iudicium autem civile an criminale in rem ſ. perſonam, de poſſeſſione an proprietate ſit, parum intereſt. Ubique enim licitis & iure admiſſis Coloribus cauſæ ſubvenire, & velut ex quadam pictura machinationes fingere, qui partes litigantium ſuſcipiunt, non prohibentur.

θ. 15. Materia circa quam ſ. Obiectum latiffimè patet & per omnes fere hominum ſtatus humanæque vitæ actus actionesque nihil frequentius, maximè verd in publicis negotiis, ubi de bellis gerendis, ſœderibus ineundis, pace componenda & ſimilibus agitur Hugo Grot. de iur. B. ac P. lib. 2. c. 22. ſed hic ſtrictius accipimus, de iis ſc. quib. ad iudicē perveniri ſolet, quo reſp. rei vocabulum latiffimè patet & quamcunque materiam ſubiectam τὸ ἐποικείμενον. Subiectum ſcil. tractationis, ut amant loqui Philoſophi, denotat. quemadmodum nominatim apud Rhetores & Oratores uſurpatur, Seneca controverſiam, antiquiores cauſam vocabant Voſſ. lib. 1. cap. 1. §. 2. quod ut clarius fiat variorum colorum exempla partim in iure admiſſa, partim à iure reprobata ſubiiciemus, qualia ſunt. 1. In Emancipatione l. 25. ff. de Adopt.

II. in

51.

II. in ministeriorum & tributorum exactioe illicita l. 6. §. 3. ff. de off. praesid. III. in curatione à medico neglecta. l. 6. §. 7. in illicito contractu mutui. l. 7. ff. ad SC. Maced. V. circa intercessionem mulieris. *Wes. ad SC. Vell. num. 7.* VI. in alienatione illicita Emphyteusis. l. fin. C. de iur. Emphyteut. in π. si ager vectig. VII. prohibita alienatione rei feudalis. cap. 1. vers. callidis. de prohib. feud. alien. per Frid. Gothofr. Anton. disput. 10. §. 1. lit. h. & D. 9. §. 5. VIII. in donatione prohibita. l. 36. 38. & 55. de contrah. Emt. l. 3. 7. & 10. C. eod. l. 5. §. 5. l. 31. §. 4. l. 49. & 52. de donat. int. vir. & uxor. l. 5. l. 20. & 27. C. eod. latè & eleganter hac de re Scip. Gentil. in lib. 1. de donat. inter vir. & uxor. cap. 19. usque ad 25. & lib. 2. cap. 28. ubi per omnes ferè obligationum actus & distractus solidè ostendit, nullibi magis colores quæri, quam ad eludendum JClis de don. int. vir. & uxor. interdictum. conf. C. I. A. ibid. §. 4. IX. in pignore. l. 3. C. plus valere quod agitur iuxta Accursii & Bartoli doctrinam, quæ displicet Cuiac. 16. obs. 26. X. in venditione rei pupillaris. l. 9. ff. de reb. eor. q. XI. in emtione nominum l. 23. pr. C. mand. qui textus notabilis & in favorem debitorum inductus, ut non amplius quam ad concurrentem pretii quantitatem teneantur. *Wes. in fin. de hered. v. action vend.* XII. in usuris, ubi vel maxime ars colorandi frequens, utpote re odiosissima & omni iure detestabili. Unde in cap. ult. extr. de usur. pro periculo suscepto computantur. in l. 15. C. ibid. ceu poena adiiciuntur. & in c. 3. extr. de usur. sub iuramento stipulantur, quales prætextus generaliter omnes prohibet Pontifex in c. 18. extr. de usur. & Imp. in recess. Imp. de Ann. 1500. rubr. von wucherlichen Contracten Gail. 2. obs. pr. s. num. 16. XIII. in ambiendis muneribus publicis. Tac. An. 15. cap. 19. XIV. subtractioni onerum & transfuccioni specierum publicarum. l. 9. & 10. C. de SS. Eccles. XV. contemptui religionis. l. ii. C. de Iudeis & t. t. C. nemini licere signum salu. Christi humi vel in silice. ubi vocabulum humi notenter positum monet Pac. in Anal. ibid. quia hoc colore Judæi in contemptum religionis, utebantur. qua de re Baron. ad Ann. Christi 404. §. 6. XVI. perfidia & proditionis coloris insigne exemplum præbet osculum Judæ, quum Salvatorem nostrum in monte Olivet. salutaret. XVII. in prohibita administratione. in cap. 5. de Electione. XVIII. in cœtibus illicitis. in l. 2. de

B 3 extra-

extraordin. Crim. & l. 1. de Colleg. Illic. XIX in delicto furti. l. 50. in
ff. de furt. XX in Crimine Abigeatus. l. 1. §. 4. ff. de abig. XXI
in parricidio commisso. l. 13. & 14. ff. de off. presid. XXII in ad-
menatione, cuius specimen illustre novissimè propositum à
Mag. Dn. D. Tabor. in Disput. de Admenat. Et hi quidem actibus
inter vivos quærentur colores, omnes tamen à iure repro-
bati, ut ex inspectione textuum clarum. Circa ultimas et-
iam voluntates varias ubique fraudes excogitatas vel ex u-
no loco Valerii Maximi lib. 8. cap. 2. num. 2. apparer. Ubi Visel-
lius morbo correptus Amicæ suæ Ottaciliæ, cum qua com-
mercium libidinis habere solitus fuit. 300000. nummum
colore debiti pro legato reliquit. Quæ revalescente post-
modum Visellio offensa tardatæ prædæ, ex amica obsequen-
ti subito districtam fœneratricem agere cœpit, nummos pe-
tendo, quos ut fronte in verecunda ita inani stipulatione ca-
ptavit. sic etiam in institutionibus variis commentis per
substitutiones & tacita fideicommissa aliisve mille modis
solet illudi; quæ omnia exequi nec institutum nec pagella-
rum brevitatis permittit: videri possunt interim post Anton. Pe-
tra. de fideicom. Fusarium de substitution. Chiflet. de substit. cap. 7. in pri-
mis verò Celsus Bargal. lib. 3. de dolo cap. 7. quod est de dolo in ulti-
mis voluntatibus, maxime verò in testamentis commisso & cap. 8.
quod est de dolo in Legatis & fideicommissis. Denique & potissi-
mum quidem solent quæri colores in iudiciis circa Actiones,
Exceptiones, Accusationes & Calumnias, e. g. in rei vindicat:
l. 30. C. de iur. dot. 2. Actione dotis. ibid. 3. Actione restauranda.
l. 4. C. de re iudicata & l. 19. & 20. C. de transact. ut & restauranda
lite l. 4. C. de postul. & revocanda donatione l. 15. C. de donat. in-
ter virum & uxorem. 4. Exceptione adversus actionem inten-
tatam. §. 30. I. de Astion. l. fin. C. commodati. 5. Excusatione à publi-
cis muneribus. l. 1. C. à quib. mun. Itemq; 6. actione calumniosa
l. 6. C. de admin. tut. & calumnatione l. 9. C. de Calumn. Sic
etiam Judæi calumniosè accusabant Salvator. nostr. colore
perduellionis & blasphemix; plura exempla Coloris quæsi-
ti & affectatæ ignorantix. vid. apud Gail. 1. Obs. 55. n. 6. ibique
alieg. Dd. conf. t. t. ff. & C. de dolo malo & t. ff. de doli mali & motus
Exceptione itemque, Bargal. lib. 2. divis. 2. de Dolo velato. Præter
hos Colores jure reprobatos reperiuntur adhuc alij liciti &
permissi

52.

permissi verb. grat. 1. in l. 4. §. 1. ff. de manumiss. Si servus lu-
is nummis emitur. 2. In querela inoff. testam. 3. In publicia-
na actione. leg. 3. ff. de public. in rem action. 4. leg. 18. ff. de lib. &
posth. ubi consulitur impuberi per coloratā Exheredationem
5. l. si pater. 77. §. Titius. de Legat. 2. omilla causa testamenti ab in-
testato licitè succeditur 6. l. 1. C. de Caduc. toll. in fraudem
fisci licitæ viæ quæruntur. 7. in l. un. C. de Caduc. toll. stipula-
tio ficta verum effectum producit. 8. l. 29. ff. ad. Iul. de adulte.
Adumbratio Lenocinij per ignorantiam Colore increduli-
tatis admittitur. 9. Dominium in rebus Dotalibus soluto
matrimonio ac si apud mulierem manlerit, fingitur. l. 30. pr.
C. de jur. dot. Et 10. Legata post agnitionem perinde ac si
Dominium penes heredem nunquam fuisset, colorantur. l. 9.
§. 5. med. ff. de pecul. Et huc non tantum modo pertinent ven-
ditiones imaginariæ à JurisConsultis inventæ, quæ rei ex-
plicandæ s. expediendæ gratia olim jure solenni sæpe inter-
ponebantur. ut in usufructus restitutione. l. 66. ff. de lur. dot.
in Emancipationibus. l. ult. C. de Emancip. in testamentis Vlp. in
fragm. tit. de test. ordin. Sed & alia remedia, quibus Jcti pas-
sim ad investigandam in unoquoque negotio justitiam, ex
circumstantijs factorum & personarum laborare solent in
judicijs. Unde Rittershus. ad tit. I. de inoff. testam. proprium fu-
isse JurisConsultorum ad conservandas juris rationes Co-
lores & fictions comminisci de quibus infra. Nunc ad for-
mam quæ dat esse rei.

16. Forma quæstorum Colorum est veri similitudo,
id quod haud obscurè patet, ex pr. I. de Inoff. test. l. 15. C. de donat.
int. vir. & ux. quod indicat etiam particula quasi supra in de-
finitione posita. l. 10. C. de donat. int. vir. & ux. l. 5. ff. de inoff. Te-
stam. ibi ut videatur ille quasi non sanæ mentis fuisse. Unde
Quintil. lib. 4. Inst. Orat. requirit 1. ut res sit possibilis. 2. ve-
ritati coherentis. 3. congrua & consentiens. 4. in re occul-
ta. Vitiosus enim est iste Color qui ducit ad testem. Modus
fingendi duplex vel re vel verbis. Posteriori modo coloramus
tum jus tum factum. Ius modis quadantenus permissis Subtilitate
sc. & Interpretatione, dummodo captiosa non sit. neque
enim malitia prætentu subtilitatis juris impunita esse debet.

D. D. Tab.

D. D. Tab. in Racem. Crim. Defin. ad l. 14. §. fin. ff. de furt. De Interpretatione est l. 18. & 37. ff. de LL. & l. ult. C. ibid. vel prohibitis, sinistra sc. applicatione & subversione, illud accidit evagando in regulis juris generalibus, hoc controvertendo jus certū. Quod licet expressè prohibuerit, Imp. in Constit. Deo Auct. §. 8. & constit. Dedit nobis. §. 21. de vet. iur. enucl. multi tamen natura ita pugnaces sunt, ut tantum sententiis aliorū contradicant. & Exemplo Jacobi Ravanni, quem primum legum autoritate ad controversias agitandas abusum refert Valent. Forster. hist. lib. 3. c. 22. pleraque in jure in dubium vocent. Illud feliciter agnovit, Jac. Gothofr. V. Cos. Jctus insignis p. m. Com. ad Reg. iur. in p̄fat. ad l. 1. ubi nulla in re perniciosius errari fucumvè fieri dicit quam sub Autoritate regularum juris, scilicet quia per ignorantiam partim, cui juris articulo aptanda sit, sæpe etiam ex proposito ad causæ colorem plerumque tamen absurdè usurpantur & cumulantur.

θ. 17. Factum coloramus varias circumstantias effingendo & rationes callidiores quam veriores allegando. sic in l. 29. ff. ad L. Iul. de adult. Ignorantia l. 14. C. de contrah. Emt. Honestas l. 1. C. de quib. mun. lib. 11. Privilegium l. 6. §. 7. ff. de offic. p̄sid. Humana fragilitas l. 25. ff. de Adopt. Omissio solennium & l. 13. ff. de offic. p̄sid. furor. cum similibus prætenditur. confer Senec. passim in controvers. & Franc. Baconi de Verulamio in lib. sermon. fidel. ubi in fin. subiicit colores boni & mali. In summa quot modis aliquid verè accidere potest, tot etiam fingi & omnes exceptiones alibi veræ colore quæsito fingi possunt; non tamen promiscuè & pro lubentia cuiusvis, sed ex iusta causa & secundum supr. traditas distinctiones: quemadmodum apud Rhetores quoque status assumptivus iisdem argumentis quo absolutus iuvatur, quamvis resp. tractationis sit diversitas, qua de re alibi.

θ. 18. Re color quæritur vel per interpositam personam, vel interventu alicuius actus. l. 6. C. ad L. Iul. de Adult. Gothofr. ad L. s. C. de LL. & constit. Tib. cap. 3. ibique Gothofr. lit. H. in accidentalibus quoque vel adiectione modi, causæ, conditionis, vel mutatione loci & temporis variè colores adhibentur, ut videre est ex l. 15. ff. de donat. & l. 3. de fid. instr. Sichard. ad l. 21. C. de transact.

transact. de modo probandi non est ut multum laboramus, quum colores iure designati & admissi succedant in locum probationis & in sola asseveratione consistant. *Quintil* habeantque praesumptionem pro se, quae istud onus reiicit in adversarium. *secus in coloribus prohibitis*, qui enim allegat, probare debet: tum per regulam comunem, qua quisq; intentionem suam probare necesse habet *l. 2. de prob. Vm. D. 17. n. 7.* tum quod plerumq; dolu contineant, qui regulariter non praesumitur, sed quilibet tamdiu praesumitur bonus donec probeatur contrarium, quae regula fallit, si praesumptiones fortiores militent. tum enim praesumitur color quaesitus de contractu ad contractum, sicut de persona ad personam. *l. cum mulier §. si cum esset ff. ad SC. Vellej. Masquard ibique alleg. de probat. vol. 1. conclus. 442. num. 9. & 10.* quemadmodum etiam dolus quaesitus, ratione officii, personae, modi, rei, temporis, delicti, solennitatis ommissae, &c. praesumitur. qua de re fuse & solide vid. *Cels. Bargal. lib. 2. de dol. cap. 3. num. 20.*

§. 19. *Finis Colorum* seu Cui duplex, *Aequitas* vel *Circumventio*, ista colorem reddit licitum, haec vitiosum. sicut aequitati succuratur, color admittitur in *d. l. 2. de inoff. & publiciana aetione. l. ult. ff. de publ. in rem act.* quod si verò fraudandae legis causa, vel ad circumveniendum proximum quaerantur, non attenduntur, *l. qui per collus. 49. de A. E. V. Cuiac. lib. 10. Qq. Papin. in l. 52. de donat. inter vir. & ux.* quamvis enim alias contractantibus se circumvenire licet. *l. 16. §. pen. ff. de minor.* id tamen iuxta *Cuiac. in recit. Cod. de rescind. vend. pag. 373.* ἐπιπροσικως intelligendum est, prout sc. fieri solet in mercimoniis i. e. secundum naturam & substantiam contractus Emptionis Venditionis. *Mynsing 6. observat. 38. & Gail. 2. observat. 29. Rittershus. 3. diff. 1. civ. & can. cap. 10.*

Finis 2

§. 20. *Finis* est defensio scilicet ut quod agitur vel actum est occultetur, & rei in iudicium deductae indirecte succuratur, ad hoc enim inventi & quotidie finguntur colores ut obliqua via ire, quo non licet recta possimus. Similiter ut in bello (scilicet cum quo non tantum iudicium comparatur. unde *vetus form. Ego te manu confertum in iure conspicio. & coincidit Germ. Kriegs Bevestigung* itemque *den Kriegs rechtens bevestigen. Wehner. in hac voce.* sed etiam ipsi

Finis 2

C Advo-



Advocati in l. Advocati C. de Advoc. divers. Iud. comparantur cum militibus) Duces quando viribus inferiores sunt astu vincere quærunt. Vnde Veget. de re milit. l. cap. 9. Optimorum Ducum munere fungi eos, qui non casu sed arte dimicant, qui non aperto Marte prælium in quo comüne versatur periculum, sed ex occulto semper attentant, quanquam aliis ea demum vera victoria videtur, quæ salva fide & integra dignitate paratur Flor. l. 12. 6. qua de re vid. Bernegg. in Qq ad Tac. q. 200.

Effectus.

§. 21. Haftenus de causis nunc ad effectum, qui præcipuus est quod Colores maxime jure approbati in defectu veritatis eandem cum veritate obtineant vim, juxta regulam. Fictio idem operatur in casu ficto quod veritas in vero. l. 1. §. pen. ff. de acquir. poss. Gail. 2. obs. 127. n. 6. Habent enim effectum juris quoad probationem & alias perinde ac si esset in veritate. Vult. ad pr. l. de Oblig. n. 37. quum paria sint aliquid esse tale & haberi pro tali quantum ad juris dispositionem. Fach. lib. 12. contro. 7. Ita in Iudicio spoliij sufficit Titulus Coloratus, nec requiritur plena probatio sed Color solum. AEGID. dec. 99. ratio quia agitur secundariò & incidenter de Titulo, principaliter de possessione. Card. Tusch. pr. concl. 307. rubr. Titulus Coloratus quando dicatur vel non, quamvis è contra sub Colore adipiscendæ possessionis proprietatis quæstio terminari non possit. l. 3. C. qui legit pers. stand. quia momentaneæ possessionis ut summarix sunt multa singularia, & spoliatus ante omnia restituendus. Sic etiam in appellatione quoad effectum Suspensivum, sufficit apparere prima facie, quod appellatio fuerit interposita ob causam legitimam, licet existenter non sit vera, quando cognoscetur de meritis. gl. in l. 1. ff. nihil nov. appellatione pend. in vers. stat. Castrens. cons. 237. vers. apparenter aliquid esse quando sufficiat, licet non existenter. Schvvam. process. Camer. c. 1. n. 8. ubi cautelas, quibus ejusmodi temerariis appellatoribus obviandum sit, suggerit. Et hæc quidem in defectu veritatis sic se habent.

§. 22. Contra veritatem enim nihil operatur arg. l. ult. ff. de publ. in rem act. ne imagine quod ait Papinianus in l. 23. de lib. & posth. naturæ veritas adumbretur, Ideoque quando veritas & fictio tendunt ad unum finem, veritas prævalet fictioni.

Dn. Go-

54.

Dn. Gothofr. ad d. l. lit. p. hæc de Coloribus jure permissis, at
vitiosus Color nullibi attenditur, nec tituli falsi figmentum
veritati præstat impedimentum. Unde contractus seu qui-
cunque alius actus coloratus seu depictus, quo extrinsecus
apparet aliquid, sed intrinsecus non habet substantiam no-
men contractus non meretur. Br. in l. nemo potest ff. de leg. 1. quod
adeo verum, ut nec etiam si iuramentum interpositum sit va-
lere possit. gl. in l. emtione C. plus valere quod agitur. Farin. quest. 162.
num. 67. quia semper hanc habet conditionem intellectam, si
dolus absit. Imol. in cap. Qui intervallis num. 46. de iureiur. Vnde in
cap. 26. de iureiur. tribus Comitibus sociatum esse dicitur, veri-
tate scilicet iudicio & iustitia. Gail. 2. observat. 77. vid. Frantz k. 2.
resolut. 5. num. 60. Cum enim in omnibus conventionibus ho-
minum bona fides ubique exuberare debeat, sequitur nihil
tam contrarium esse quam dolum. arg. l. 11. in fin. de dolo. Dolus
autem dicitur omnis calliditas, fallacia, machinatio ad cir-
cumveniendum alterum adhibita. l. 1. §. 2. de dol. ibiq. C. A. 8. 5. si-
ve verborum adulationibus, quæ fraus ἀπὸ τῆς φερέσειν ut vult
Alciat appellatur, sive factorum technis & machinationi-
bus committitur. l. 7. §. dolo malo de pact. l. 79. & 152. de R. I. Vnde in
qualibet dispositione semper censetur exclusus. l. creditor. 80.
§. Lucius 4 ff. mandati, nec interest fraus parti an Legi fiat:
Quæcunque enim in fraudem legis excogitata probari pos-
sunt, rata haberi non oportet per leg. quidam 29. & l. fin. §. penult.
ff. ad SC. Vell. ibique Wesen. num. 7.

θ. 23. Operatur autem color quæsitus ad fraudan-
dam legem, quod ejusmodi fraudans nullo beneficio legis
uti possit, per cap. debitores 6. extra de iureiur. Alex. consil.
49. num. 17. in fin. & 18. lib. 4. cons. 66. viso themate lib. 4. in pr. Et
quotiescunque sub velamine bonitatis fit malum, locum
habet dictum Baldi, velata pietas duplex iniquitas est. cons. 9.
factum tale num. 3. lib. 1. & propterea etiam gravius punitur. Ca-
strens. consil. 467. col. pen. in pr. & fin. lib. 2. ubi quod magis odio-
sus est LL. spurius ex incestu sub velamine matrimonii & sic
boni, quam simplex ex incestu, ut & sacerdos qui concubi-
nam quam tenet colore quæsito appellat sororem, & usuram
exercens palliatam appellat pignus venditionem, & pœnam
appellat.

appellat id quod pro usura solvitur. *Card. Tusch. pr. concl. 469. rubric. Color quaesitus quid sit & operetur.*

Contra-
ria.

θ. 24. *Contraria ex defectu requisitorum facile poterunt colligi, v.g. veritas manifesta, impossibilitas, probatio contrarii &c. in primis vero huc refertur status ἀχρηστος ut Rhetores vocant, facta scilicet quæ colorem non admittunt. e.g. si quis ne in bellum proficiscatur sibi pollicem præciderit, vel in adulterio ἀσθεγὲς ἐν ἀσθεγοῖς deprehensus fuerit ut illa de qua Iuven. sat. 6.*

Quæ iacet in servi complexibus aut equitis, dic,

Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem.

Heremus.

Quo sensu etiam in l. 18. §. 1. ff. de min. particula *Incoloratè* accipi vult. *Scip. Gentil. lib. 2. cap. 18.* nisi quis malit ex antecedentibus explicare hoc modo, dum ea quæ pro causa sunt dicta non allegat, *incoloratè* se petit restitui.

Affinia.

θ. 25. *Affinia sunt. 1. Fictio iuris. 2. præsumtio. 3. Simulatio. Actus Imaginarij & facta in fraudem, hæc enim propè idem videntur. unde ab Imp. in l. 3. C. de repud. repudium quod appellatur fictum, paulò infra vocatur imaginarium, & simulatum; quamvis inter hæc strictè loquendo sit differentia. Simulatum enim ipso iure reiicitur, quod fictum, quum à lege fiat, probatum est, sicuti imaginarium quoque, ubi fides facti simulatur, non intercedente voluntate, ut olim in testibus per æs & libram, in Emancipatione liberorum. §. præterea l. quib. mod. ius patr. pot. in venditione uno nummo facta. l. imagin. ff. de R. l. in Locatione imaginaria l. 46. l. locat. eod. tit. ita in Cod. Theodosian. tit. de Ann. & tribur. imaginaria apocha quæ speciem veri habet. Et imaginarius Emtor in l. 4. §. si ab ignoto ff. de act. Emt. qui nomen alienæ emtioni accommodat, sic quoque acceptilatio imaginaria solutio §. 1. & 2. l. quib. mod. toll. obl. & Colonus imaginarius dicitur qui nõ est verus l. 46. de act. Emt. 4. Error & Ignorantia affectata. de qua Gail. 7. observat. 55. num. 5. & l. 4. C. de incest. nupt. ibi errore affectata confer l. & qui data. ff. ex quib. caus. mai. & §. item triu l. de Excus. tur. l. un. C. qui numero. Vnde Dd. brocardicum, affectata non pro-*

lunt.

55.

sunt. per l. 2. §. ult. ff. si quis caution. quare si quis ignorantiam affectaverit, quam sibi ultro ascivit delinquens ne deliquisse videatur, gravius aut saltem æque puniendus est, ac quilibet sciens. arg. l. ita fidei ff. de iure fisci. Tiraq. de poen. caus. 13. num. ult. vers. ego verò. 5. Artes tam dolosæ, videlicet cum dolo mendacio similive vitio coniunctæ l. 6. C. solut. matrim. l. 7. ff. ad SC. Maced. & similibus. vid. Wesenb. ibid. quam ingeniosæ, quæ veteribus Ictis usitatæ fuerê & necessariae, sicuti ex LL. apparet, quum enim potestatem eorum supergrederetur, dispositioni legis directò derogare, & tamen æquitas aliud postularet, per circuitum quendam mediã viam invenire coacti fuêre. exemplo l. servus §. 8. sol. matrim. l. qui totum 45. ad SC. Trebell. l. si. tit. 9. de suspect. tut. l. 63. de iur. dot. Et huiusmodi ingeniosæ evēnuta Vnde Modest. in ff. de Erematicis. intelliguntur nomine remediorum in l. 66. ff. de iure dotium. ibique Gothofred. & Wesenbec. in fin. paratitl. de condit. & instir. vulgoque à practicis cautelæ & cautiones dicuntur quarum integri tractatus extant Cæpolla, Tennini, Ferrarj Hyppol. Bonacoss. & alior. 6. Ambiguitas de qua supra dix. ad nomen 7. Calumnia, Caviliatio, quarum Author Bagarodius à Forster. in hist. iur. Rom. perhibetur. 8. Mendacium, Inficiatio, 9. Fraus, dolus, cum similibus, de quibus alibi.

§ 26. De usu & utilitate huius materiæ sic vsus. loquitur Alciatus lib. 4. parerg. cap. 15. Ictis perutilis hæc tractatio in qua disertè multa & acutè de LL. causisque & negotiorum eventis disputantur, ita loquitur de controversiis Seneca; ne rerum gerendarum omnisque antiquitatis rudes Leguleii rabulæ forenses vulgares togati potius quam Sacerdotes iuris appellentur, & sanè quum multa vera quidem sunt, sed parum credibilia, sicuti falsa quoque frequenter verisimilia. Quintilian. l. 4. cap. 2. Instir. orat. sæpissimè accidit, ut quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit, supra ea veluti ficta pro falsis ducit, quibus ut occurratur pigmentis opus est, neque enim qui recta via depulsus est, reduci ad eam nisi alio flexu potest, ait Quintil. loc. supr. cit. Cautè tamen & castè, nam qui us ut Lysander apud Plutarch. in Lacon. cap. 44. in sola ponunt utilitate, & veritate nihilom

melioꝛem mendacio sed utriusque dignitatem & pretium
usu definiendam arbitrantur, his rectissime *χαεξιης* Megaro-
nidi apud *Plaut. in Trin.* formatus, accommodari potest.

*Nihil est profecto stultius neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis.
Neque confidenti loquius, neque periurius
Quam urbani assidui cives quos Scurras vocant.*

Epilogus.

*Hæc sunt benevole Lector quæ per temporis pa-
gellarumque angustiam simul ac instituti rationem
de materia rudi & inculta delineare licuit, neque e-
nim vires ingenii vix maturi profundiores cogi-
tationes aut ampliorem tractatum admiscere, quam-
vis aliquando, ubi firmitus erit iudicium & provecio-
ra studia eandem reassumere & maiore cum cura e-
limare forsitan non pigebit. Tui nterim Lector beni-
gne, sereno vultu hæc accipe*

Et mea compensa vitiis bona mente favente,

Vive bene, & si quid novisti rectius istis,

Candidus imperti; si non, his utere mecum;

Quo te non fallant animi sub vulpe latentes.

*At tibi Iova pater, nec non tibi Christe Redemptor
Spiritu & sancto sit laus & gloria Trinis.*

F I N I S.

56.
*Clarissimo Dn. Ioan. Iacobo Gambsio, Co-
gnato suo suavissimo, de Coloribus Iuris Inau-
gurato disputanti.*

Decipimur subitò, sceleratâ mente manuque,
Rabula dum falsis ludit imaginibus:
Nam sic jura color variat, ceu purpura lanam
Nec quivis facilè cernere vera valet.
Maeste proin virtute novâ quâ detegis astus
Queis alias vexat turba molesta forum.
Ille suo merito Patroni nomine dignus
Aequè qui falli ac fallere nescit, erit.

*Promptiori animo quam Calamo
gratulatur*

G. B. Geiger.



Christiano Dr. Ioan. Jacobo Gumpflo, Co-
gnato suo familiarissimo de Coloribus Intra
quatuor disputantibus.

Despiciuntur subitō sceleratā mente manduc
Rabula dum fallis ludit imaginibus:
Nam sic iura color variat, cum purpura lanam
Nec quis facile cernere vera valeat.
Mactē proin virtute novā quā de regis affus
Quis alias vexat turba molles forum.
Ille mo merito Patroni nomine dignus
Acque qui fallit ac fallere nescit, erit.

G. P. Geiger.



F I N I S



94 A 7383


ULB Halle
002 133 822


3



VD 17







DISSERTATIO ¹ 43.
INAUGURALIS
De
COLORIBVS IVRIS
IN GENERE,
Quam
J. N. D. N. J.
Authoritate & Decreto
MAGNIFICI, NOBILISSIMI
ET AMPLISSIMI ICTORVM IN PATRIA
VNIVERSITATE ORDINIS.
Pro summis in utroque Jure honoribus ac Pri-
vilegiis DOCTORALIBUS legitimè
consequendis,
SOLENNI Examini subiicit
A. d. 14. Aprilis.
JOHANNES JACOBUS GAMBS,
ARGENTINENSIS.
ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS PETRI AB HEYDEN.
ANNO dō Idc LIII.